

13. M. II, 122.
h. 29, 20.

DISSERTATIO

De

COMITIIS IMPERII

PERII ROMANO-GERMANICI

X 1876055

Quam

A. D.

Authoritate & Consensu Magnifici Ictorum Ordinis
PRÆSIDE

Amplissimo, Excellentissimo Consultissimo
VIRO

DN. HEINRICO COSELIO

J. U. D. & P. P. Curia Electoralis, Facultatis Juridicae,
& Scabinatus ibidem Adfessore, Fautore
summo, Præceptore ætatem
venerando,

Publicè ventilandam proponit

CASPAR Geelhaar/ de Regio-Monte
Prussus.

In Auditorio Ictorum ad diem Maj.

WITTEBERGÆ

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr.
ANNO M DC LII

II R
1780

27





IN Nomine Domini Nostri Jesu
Christi ad omnia consilia omnesq; actus sem-
per progredimur, & ita animos nostros ad Dei
omnipotentis erigimus adiutorium, ut neque
ingenio, neque viribus nostris confidamus, sed
omnem spem ad solam providentiam refera-
mus Summæ Trinitatis, unde & mundi totius elementa procef-
ferunt & rerum dispositio in orbem terrarum producta est. l. 2.
*in princ. C. d. Offic. Pras. Prat. Afric. & c. l. 1. C. d. Vet. Jur. enu-
cleand. & c. Nov. 80. & 85. in princ. prefat.*

Thesis. I.

Comitia ^(a) sunt convo-
catio ^(b) & conventus ^(c) Cæsa-
ris ^(d) & Ordinum Imperij ^(e)
Reipublicæ causa. ^(f)

(a) A coeundo vel comeundo dicta, quod scil. populus hic
coire & in unum locum convenire soleat, aliquando totius po-
puli aut partis ad ferenda aliqua de re suffragia, aliquando uni-
versi populi convocationem denotant, *Vid. Rosin. lib. 6. Anti-
quit. Rom. cap. 1.* Modernis temporibus, generaliter tam pro
universorum ordinum, quam partis eorum ad consultandum &
decernendum de Reip. conventu, propriè autem de univer-
sorum Imperij Ordinum convocatione accipiuntur, hinc

Cui Reichstag / Cuius generale Versammlung / Versamblungs Tage des Reichs appellantur. Translato ad Carolum M. Imperio, ut plurimum, Curia, Congregationes, Comitia Imperialia, Conventus, Placita, Synodus & Dete appellata, in protitulo est, *Vid. A. B. Caroli IV. tit. 12. Dn. Arum. in absolutiss. tr. de Comit: c. 1. n. 30. & seqq. Limn. de J. P. lib. 9. c. 1. n. 12. Dd. Jur. publ. comm.*

(b) Ex causa necessitatis, utilitatis, salutisque Imperij N. A. zu Speyer de Anno 1629. in pr. ibi: Aus Erforderung der hohen Nothdurfft / zu Forderung des H. R. Reichs vnd sonderlich deutscher Nation Ehr / nuß vnd wolffahrt &c. & quidem consensu Electorum impetrato, Imperator speciali, singulis Imperij statibus edicto transmisso, Comitia indicit, terminus tamen temporis positus hodiè haud reperitur, sed à necessitate & utilitate Imperij dependet, *quâ de re infra Limn. de J. P. Imp. Rom. L. 9. c. 1. n. 21. & seqq. & in addition ib. ad num. 23. ibid.*

(c) Vel generalis seu totius corporis Imperij, quando Imperator & reliqui status Imperij, ex quibus Imp. Rom. Germanic. constitutum est, conveniunt, Reichstag / gemeine Reichs versamblung / vel particularis, ubi pars tantum ordinum & statuum Imperij coire solet, *de quib. infra.*

(d) Cui Jus habendorum ac edicendorum Comitiorum competit *infra* §. 3. Apud Romanos aucta primùm ad aliquem modum civitate, ipsum Romulum traditur populum in triginta partes divisisse, quas partes Curias appellavit, propterea quod tunc Reip. curam per sententiam partium earum expediebat l. 2. §. 2. ff. d. O. J. postquam autem populus præter curias in tribus & centurias distingui cepit, triplex Comitiorum forma inde adinventata *infra* §. 2.

(e) Unde est, quod omnibus decretis Comitiorum & singulis fermè capitibus, quæ in deliberationem venerunt, adjiciatur clausula: Haben wir vns mit des H. Reichs ständen und Sie mit vns nachfolgender Articul und meinun, als ein Christlich

lich Corpus und versammlung gegen und mit einander verei-
niget/verpflichtet vnd vertragen/ut ita nec Caesar Ordines, nec
hi illum decretis suis absque libero utriusque consensu obstrin-
gere possint. Vid. infr. th. 3.

(f) h. e. Imperij. Minimè igitur huc quadrant conventus,
quibus vel connubia, vel ligæ, uniones, confæderationes vel e-
tiam confraternitates inter status Imperij vel Principes, contra-
huntur, cum non principaliter Imperij, sed contrahentium in-
tuitu ineantur, & qui conveniunt, non omnes status sint & jus ses-
sionis atq; voti habeant, Reges enim & Principes peregrinos ad-
scisci experiëntia abundè testatur. *Vid. Waremund. ab Ehrenberg. 2.*
de fæd. 2. Dn. Arum. de Comit. c. 2. n. 21.

Thef. II.

Dividuntur ^(a) hodiè in
^(b) generalia ^(c) & particula-
ria ^(d)

(a) Genera Comitiorum, eorum scilicet, quæ propriè sic
dicta sunt, (neque enim omnes populi conventus comitia dicta
fuerunt, sed ij tantum, qui ferendorum de aliqua re suffragio-
rum causâ haberentur. Quando etiam ludorum, vel cæsus gratiâ,
universus populus, uti sæpè fiebat, conveniret, comitia non fue-
rè) olim fuisse tria, *Curiata, Centuriata & Tributa* inter omnes cõ-
venit. *Vid. Hilliger. in Donell. enucl. Lib. 6. c. 6. lit. B. vers. ho-*
rum Comitior. In Curatis Comitijs populi per curias divisi sen-
tentia rogabatur, ut quod plures curiæ statuissent, id jussu po-
puli diceretur. *Rosin. Antiq. Rom. L. 6. c. 2. in princ.* Sicut au-
tem *Curiata* à curijs; ita etiam *centuriata* à centurijs dicta sunt.
Fuit autem *centuriarum* author & institutor *Servius Tullius,*
Dionys.

Dionys. l. 4. & erāt Centuriata Comititia, quibus populus per clas-
siū centurias divisus suffragiū ferebat, ita ut suffragium collige-
rentur centuriatim, & quod plures centuriæ iussissent, id ratum
haberetur. *Rosin. d. l. c. 8. in fine.* Tributa Comititia fuere, cū ex
regionibus & locis, h. e. per tribus suffragium ferebatur. Erant
autem tribus populi Romani partes distinctæ, locis in urbe diver-
sis, & regionibus undique circum urbem per Italiam dispersis, sic
appellatæ aut à tributo dando, aut quia primò tres tantum fue-
runt, unde etiam Tribuni dicti. *l. 2. §. ijsdem. 20. d. O. 7. Vid. Ro-
sin. d. l. c. 15.* Aliàs Gentes quoque suos habuisse conventus testa-
tur *Limn. lib. 9. §. P. c. 1. n. 7. & seqq.* Pro diversitate namq; gen-
tium, diversæ quoque Comitiorum & conventuum notiones.
Sua habuerunt Athenienses, sua Spartani & c. *Bernh. Bertram de
Comit. th. 7.*

(b) Provenit hæc Comitiorum partitio jam à temporibus
priscorum Germanorum, quibus moris fuit, vel conjunctim om-
nes vel disjunctim pauciores de negotijs ad Remp. pertinen-
tibus consultare, eamq; consuetudinem etiam temporibus ijs,
quibus Carolus Magnus & Successores ejus rerum in Germania
potiti sunt, obtinuisse testis est *Dn. Arum. de Comit. cap. 2. num. 2.
seqq.*

(c) Quæ dicuntur conventus Ordinum Imperij, à Cæsare
cum consensu Electorum indictus in civitate aliqua Imperia*i*,
hoc fine primariò ut deliberationes instituantur & decreta fiant
de rebus ad Reip. dignitatem, salutem & tranquillitatem perti-
nentibus, & propriè dicuntur Reichstag/ R. A. de Anno 1527.
*Ein gemeinen Reichstag. de Anno 1512. in pr. ibi: So ha-
ben wir auff einen gemeinen Reichstag erfordert. item, Ei-
ne gemeine Reichs Versammlung. Anno 1570. §. Als ha-
ben wir nicht Umbaehen mögen eine gemeine Reichsver-
sammlung & c. & passim.*

(d) Quæ sunt certorum statuum conventus particulares,
quibus tamen Imperator vel ejus Commissarij, nec inclusi sem-
per nec præteriti videntur. Vid. Deputationstag zu Frankfurt
Anno 1571. *vers. und Folgendes was Sie über solche proponirte
Wichtige puncten sich bedacht. Item, R. A. zu Augsp. Anno 1559.
S. nach*

S. nach dem sich dann auch ibi: die sachen neben Unsern
Commissarien &c. Qui Conventus iterum subdividuntur.
Nam aliquando ex Universo Imperij Collegio quidam selecti
conveniunt, aliquando certa aliqua pars, vel certæ classes, vel
certi loci ac regionis Imperij. Hinc Conventus deputatorum,
Deputatione/ Visitatorum Camerae, Conventus circulatorum,
Kreis/ tage & similes, *quâ de re infra.*

Thef. III.

Comitia generalia indi- cit Imperator ^(a) consensu & approbatione Electorum in- terveniente. ^(b)

(a) Qui passim dicitur Princeps, summam in Rep. autho-
ritatem & potestatem obtinens, quæ majestas publica dicitur.
*l. 3. ff. ad L. Jnl. Majest. item Imperatoria Majestas princ. proæm.
Inst.* Dicitur etiam habere potestatem summam, quod clau-
sulæ Rescriptis & Recessibus Imperij appositæ innuunt, Aus Röm-
mischer Keyserl. Macht und vollkommenheit A. B. & tit. 1. ibi:
Aus Vorgehender Zeitiger betrachtung und aus vollkom-
menheit Keyserl. Gewalts. item, aus rechtem wissen und
Vollkommenheit unsers Käyserl. Gewalts. Decret. Spirens.
de Anno. 1544. S. Als wir aber in der Handlung befinden/ibi:
Uns als Römischen Keyser & S. eod. vers. So haben wir
solcher. ibi: von Obrigkeit wegen vnd auß vnser Keyserl.
Macht/ vollkommenheit/ und nachvolgender meinung ent-
schlossen/ gesetzt/ vnd geordnet/ entschlossen / meinen/ setzen
und ordnen auch darauff als Römischer Keyser von ob-
berür-

berühret dieser Schrift durch / vordurchgehend / hiemit ernst-
lich gebietend. Hinc sæpius vocatur caput & Dominus
Clementissimus R. A. zu Augspurg de Anno 1525. zu
Speyer 1629. S. wo aber auff beobstumbte zeit ibi: und das ihr
Majestät als das Haupt. zu Wormbs Anno 1545. vers. und
wir Churfürsten / Fürsten / ibi: So die Röm. Keyserl.
Majest. vnser Aller gnädigster Herr &c. cuius eminentiam i-
pse Turcarum Princeps quoq; agnoscit, *Dn. Arum. disc. Acad. de J.
P. 1. Petr. Syring. disert. de pac. Rel. 8. 15. lit. B. Bertram de Comit. Imp.
Rom. Germ. 8. 16. cui post Deum omnes Imperij status tenentur
reddere rationem R. A. zu Speyer A. 1529. S. vnd nach deme in dem
Abschiede in fin. ibi: denn ein jeder solches gegen Gott und seiner
Majestät hoffe und getrawet zu verantworten / ejusque sunt Vasalli,
A. B. Car. IV. tit. 1. v. Sehen dar auff § tit. 5. in pr. Const. Carol. V. vom
Regiment zu Wormbs A. 1521. S. und behalten vnsbevor die belehnügl
& passim. Creat enim Imperator Reges, Principes, Duces, Mar-
chiones. Sic nempe de fulgore throni Cæsarei velut ex Sole radij
ita cæteræ prodeunt dignitates. Vid. *Limn. de J. P. L. 2. c. 9. n. 17. §
seqq. § in addit. ibid.* Hinc in usibus FF. interdum Princeps quasi
primum caput s. primum locum tenens c. un. quis dicatur Dux vel
March. 2. F. 10. & nonnunquam Rex appellatus c. 1. §. 1. de his qui
feud. dare poss, 1. F. 1. quâ de re consul. *Dd. Jur. Feudal.* Impe-
ratori igitur ceu Capiti in Imperio jus indicendi Comitia univer-
salia rectè competit. Quod à primis temporibus hucusq; Cæ-
sares sibi conseruarunt, prout id ipsum ex Reecessibus Imp. col-
ligitur. *Matth. Steph. de Jurisd L. 2. c. 2. n. 19. Arum. de Comit.
c. 3. Arnif. de Jur. Majest. L. 2. c. 4. n. 16.* Hinc fortasse etiam,
Imperator Comitia appellare solet Seine Reichstage R. A. zu
Nürnberg Anno 1524. S. und nach dehme Wir zu Speyer. Anno
1544. S. und wiewol wir § alijs locis qua alleg. *Limn. in addit. ad
lib. 9. c. 1. n. 15.* Cum autem Rex Rom. perpetuus Imperij Vica-
rius sit *Arum. disc. 2. ad. A. B. Caroli IV. tb. 21.* & caput Imperij
Vicarium appelletur, R. A. de A 1555. S. und im fall Keyserl. Maj-
jestät. ibi: An stat Keyserl. Majestät. absente & impedito Impera-
tore*

tore Imperium regat & Jura Imperatoria exerceat *Ord. Cam. part. 1. tit. 1. §.* Nämlich wollen die Römisch. Keyserl. Majest. als Römischer Keyser / oder im fall das ihre Liebde und Keyserl. Majest. nicht im Reiche oder in der nehe wehren / wir als Römischer König den Cammer Richter &c. existimamus in casu absentiae vel aliis impediti Imperatoris re ita exigente eundem status convocare posse. V. R. A. zu Speyer Anno 1542. §. So hat dem allen nach die Keyserl. Majest. ibi: Wie dann wir aus ihrer Keyserl. Majest. befehl / solchen gemeinen Reichstag aufgeschrieben &c. & §. und damit die zeit ibi: So haben wir an statt und in Nahmen der Keyserl. Majest. &c. R. A. zu Regensp. Anno 1557. §. Darumb auch und auff das solch nohtwendig wercke. ibi: wir im Nahmen und an statt der Römisch. Keyserl. Majest. ein andern Reichstag in in vnser und des H. Reichs Stadt Regenspurge fürgenommen / bestimbt und angesetzt &c. *Limn. de J. P. L. 2. c. 15. n. 34. seqq. Dn. Arum. de Comit. c. 3. n. 42. seqq. qui idem jus ad vicarios Imperij extendit. n. 52. seqq.*

(b) Primis quidem temporibus (quid obtinuerit ap. Romanos, & quæ personæ potestatem habuerint convocandi comitia *v. Rosin. L. 6. Ant. Rom. c. 14. seqq.* omnia enim huc referre instituti ratio non patitur) absque ullius assensu Comitia indicere Imperatoribus jus fasque fuisse constat, *Vid. Carpz. ad L. Reg. Rom. c. 5. §. 1. n. 5. 6.* nec non jus istud postmodum aliquatenus perdurasse ex nonnullis Recessibus Imperij apparet *Vid. Reformation Keyser Friedrichs des dritten zu Franckfurt am Mayn Anno 1442. in pr. verl. und darumb durch Anbringen ibi: Darumb insonderheit zu vns kommen gebotten und geheissen haben: setzen und gebieten wir von Römischer Königl. Macht Krafft und Gewalt. R. A. zu Trier und Colln Anno 1512. in pr. ibi: So haben wir Churfürsten / Fürsten und andere Ständ des Reichs zu vns anfänglich gen Trier*
B auff

auff einen gemeinen Reichstag erfordert. N. A. zu Regensp.
Anno 1527. §. Haben wir die Botschafften ibi: wissen wir
vns zuerinnern das Aufsthum und Erkündigung eines Rei-
chstages Rom. Keyf. Mayt unserm Allergnädigsten Herren
eigent und vnser Macht und Gewalt nicht standig. Quae
tamen potestas successu temporis restricta est *Arum. de Comit. c.*
3. n. 11. seqq. Hinc modernis temporibus ad indicenda comitia
universalia. Electorum consensus & approbatio necessariò re-
quiritur, *testantibus capitulationibus Caroli V. Rudolphi II. Mat-*
thiae, Ferdinandi II. & III. Imperatorum, §. Dergleichen sie die
Churfürsten & *quibusdam Recessibus Imperij, Anno 1598. §.*
Als aber darzwischen ibi: Derhalben wir dann diesen Reich-
stag mit vorwissen und bewilligung gedachter Churfürsten
anhero Aufschreiben und Ankündigen lassen/ idque hactenus
laudabiliter observatum fuisse, clausula illa Recessibus Imperij
annexa tuculenter demonstrat, als haben wir auff vorgehen-
den Rath wissen und bewilligung obgemelter vnserer und
des Heil. Reichs Churfürsten nicht umbgehen mögen eine
gemeine Reichsversammlung aufzuschreiben Vid. N. A. zu
Regensp. Anno 1552. §. derhalben zu Nothwendiger gebühr-
licher abhelfung. Unde & Epistolis Imperatoris quibus or-
dines seu status ad Comitia vocantur inferi solent sequentia:
Wann dann sambt uns des Heil. Reichs Churfürsten/ nach
reiffer statlicher Erwegung unvermiedlich und unumbgänglich
lich zu seyn befunden Einen algemeinen Reichstag anzustel-
len/ dazu uns wolgemeldte Churfürsten einhellig ihren Con-
sens dem herkommen gemäs vnter Ihr Liebden handschrisfft
und Siegeln gegeben/ die bestimmung des Tages heimgese-
het/ und so viel die Wahlstadt betrifft/ ihnen vnser und des
Heil. Reichs Stad N. vmb erheblichen vrsachen gefallen
lassen. *Vid. Paurm. de Jurisd. L. 2. cap. 2. num. 18. 19. Matth.*
Steph. de Jurisd. L. 2. par. 1. cap. 1. m. 2. num. 11. Limn. de J.
P. L. 9. cap. 1. num. 16. 17. seqq. Bertram de Comit. membr. 1. §. 17.
Dn.

Dn. Carpz. ad L. R. c. 5. s. 1. n. 9. seqq. de Comit. l. c. Cæterum non solum ad indictionem, sed etiam ad eorundem reassumptionem, Electorum consensum & approbationem requiriri, tradunt. Arum. tom. 1. Jur. publ. disc. 9. Bertram l. c. th. 3. 18. vers. Verum & hic Casarem & c. Dn. Carpz. d. lib. num. 13. seq. nisi Electores sponte requisitionem remisissent. Limn. in addit. ad Jus publ. d. l. ad. n. 16. circa fin. Causæ restrictæ ejusmodi potestatis in comitijs indicendis. Vid. ap. Bertram. d. l. præsertim vero Dn. Carpz. n. 17. seqq. Cum autem Electores vice & autoritate omnium Imperij statuum Comitiorum indictioni consentiant, eorum approbationem, pro omnimoda statuum Imperij voluntate atque consensu habendam esse existimamus ut proinde ad horum arbitrium & voluntatem specialem, Comitiorum actus haud quaquam restringi debeat; quandoq; tamen specialem statuum Imperij assensum Imperatorem pro suo arbitrio requisivisse constat ex Recessib. Imp. de Anno 1500 in pr. ibi: Als wir im Abscheid des gemelten Reichstages. & d. Anno 1526. in pr. Nach dem obgemeldte Röm. Keyf. Majest. Dissidentibus autem invicem Electoribus majoris partis consensum sufficere arbitramur arg. c. 1. x. d. His que sunt à major. part. c. cum inter canonicos. x. d. Elect. & elect. potest. l. quod major. 19. ff. ad Municip. l. aliud est 160. §. refertur. d. R. f. l. nominacionum 45. C. d. Decurionib. N. A. zu Wormbs d. Anno 1521. rubr. Römischer Königl. Mayt. Regiment. §. Würde sich begeben & c. A. B. Caroli II. tit. 2. vers. postquam autem in eodem loco. Dn. Carpz. c. 5. s. 3. n. 3. seq. Dom. Arum. d. l. n. 36. Quamvis alias non desint casus in quibus major pars minori non præjudicat. Vid. Reink. d. Regim. Secul. & Eccles. L. 3. c. 4. d. Concil. & Synod. convocat. l. per fundum. ff. Si Servit. vind. l. Sabinus 28. D. Comm. divid. Nullum autem Jus circa cogenda Comitua Pontifici Romano competere dicimus, licet non semel Imperatoribus liberam Comitiorum indictionem adimere tentaverit. Carpz. d. c. 5. s. 2. n. 8. seq. Arum. l. d. c. 3. n. 38. seqq.

Particularibus Comitibus ad-
 ſcribuntur Conventus quan-
 do ex univerſo ordine qui-
 dam ſeliguntur quos Archi-
 Episcopus & Elector Mogun-
 tinus tanquam Archicancel-
 larius Imperii Nomine &
 Authoritate Cæſarea ex cer-
 tis perſonis cogit.

Particularia Comititia ſunt (quæ A. B. Caroli IV. cap. 12.
 innuit) uti ſupra dictum, quando pars quædam Statuum con-
 venire ſolet, quæ in duplici ſunt differentia. In quibusdam
 enim ex Univerſo Ordinum collegio quidam ſelecti, in aliis
 certa pars convenit, eaque vel certæ claſſis vel certi locis ac re-
 gionis Imperii. Ex univerſo Imperii ordine & collegio ſele-
 ctorum fuit olim Conventus Regimenti, des Reichs Regiment
 hodie Deputatorum, vulgò Deputations Tag. Vid. R. A. zu
 Augſpurg d. An. 1555. S. So ſich dann abermahl die Sachen &c.
 ea de cauſa inſtitutus ut exortis gravioribus in Imperio moti-
 bus, quibus ſedandis non minus aut duorum, trium, quatuor
 vel quinque ſed plurium circuloꝝ ſubſidio & auxilio opus
 ſit, Moguntinus Elector ad deliberandum & concludendum
 deputatos convocet juxta formam præſcriptam in Receſſ. Im-
 per.

per. d. Anno 1555. Anno 1519. §. Nach deme Ich denn auch/ &
§. seq. Auff das dann disfalls. Anno 1570. §. Vnd damit solche
wichtige dinge. Ex quibus colligitur hoc deputationis munus
ab initio fuisse personale, nec transisse ad Successores. Postea
autem ne scil. morte numerus deputatorum minueretur fa-
ctum esse hæreditarium, additis insuper Duce Juliacensi &
Landgravio Hassiæ, quibus tandem Episcopum Constantien-
sem, Duces, Brunsvicensem & Pomeraniæ adjici placuit. Vid.
*Dom. Arum. d. Comit. c. 2. n. 32. seq. Bertram th. 12. Dn. Carpz. ad L.
Reg. c. 5. §. 7. n. 5. 6.* Quibus rectè annumerantur Conventus Vi-
sitatorum Camerae. Visitationi autem Camerae præter Cæsaris
Commissarios inter sunt duo Electores, Moguntinus & quem
ex reliquis hic vocaverit, uterque consiliario stipatus. Duo
itidem Imperii Principes, alter Ecclesiasticus & Secularis: qui-
bus quidem alternis vicibus legatum mittere integrum est.
Vid. *R. A. d. Anno 1570. §. Aus besondern ansehlichen Ursach-
en.* Prælatorum porrò Comitum & Civitatum singularum
singuli legati, quibus omnibus potestas est visitandi, corrigendi,
reformandi Cameraam, abusus tollendi, supplendi defe-
ctus &c. *Ord. Cam. p. 1. c. 52. & p. 3. c. 53. adde R. A. de Anno 1566.
§. Erstlich dieweil in der Ordnung/ & Anno 1576. §. Wie vnd
welcher massen / & seq. denique Anno 1594. §. Was vnd so viel
aber nach diesem ex quibus nonnulla de munere revisionis colligi pos-
sunt.* Certæ classis est Electorum conventus qui in genere di-
cuntur Churfürsten Tage / der Churfürsten Versammlung. In
specie vero ratione subjecti Occupantis, quando scil. ad Ele-
ctionem conveniunt appellantur Wahlstage. Nam non modo
pro eligendo Rege vel Imperatore Romano Comiti a Electo-
res indicere habereque possunt, sed alios etiam pro salute &
incolumitate Imperii congressus celebrare ipsis indultum est.
A. B. Car. IV. tit. 12. id quod etiam Capitulationes Impp. innu-
unt. §. Wir lassen auch zu. *Vid Carpz. ad L. R. cap. 5. §. 7. n. 8. seqq.
Bertr. th. 11.* Ex certis locis ac regionibus Imperii congrega-
torum ordinum sunt conventus circulatorum, die Kreistage
Fuit autem Imperium à Maximiliano I. Imperat. in sex circu-
los,

os, Francicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum, Westphalico-Belgicum usque ad Mosam & Saxonicum distributum, quibus successu temporis quatuor additi, *qua de re Vid. R. J. Colon. d. Anno 1512. §. Darauff haben wir sambt den Ständen. & R. J. d. Anno 1522. Anno 1566 §. Und sollen unsere und des Heiligen Reichs Ord. Cam. p. 1. c. 2. Rutg. Ruland. d. Commissar. lib. 5. cap. 4. p. 2. num 54. Wehner. in Obs. pract. verb Stand des Reichs. Paurm. d. Jurisd. L. 2. cap. 2. num 58. 59. seqq. Dom. Arum. d. Comit. cap. 2. num. 39. seq. Limn d. J. P. L. 1. cap 7. n. 19. & in additionib. ad eund. num. 19. Matth. Steph. d. Jurisd. Lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 11. vers. Ex certis locis vel regionibus &c.* Suntque hi omnes conventus aut Ordinarii aut Extraordinarii (& quidem vel generales, ut sunt Ordinum Uniuersorum circuli, vel particulares, quando certi tantum Ordines Circuli conveniunt. *Paurm. d. l. num. 56. Bertram. tb. 15.*) quemadmodum ipsæ causæ habendorum Comitiorum circularium ita comparatæ reperiuntur. Ordinarii qui lege publica iubente à selectis de negotiis certis designatis perpetuò peraguntur. Quò pertinent negotia de contributionibus, monetis probandis vel reprobandis, præsentatione Adessorum Camerae &c. *Matth. Steph. d. l. cap. 4. num. 48. Rutg. Ruland. p. 1. d. Commiss L. 5. cap. 4. n. 54.* Extraordinarii qui in præsentem necessitatem Decretis Imperii mandantur, quando scil. ob subitanæ necessitatis interventum, circulis ab Imperio expediendum quid injungitur, quando v. c. Imperator contributionem summo periculo imminente extra ordinem exigit, quo casu ipsum circularem conventum non modo sollicitare, sed & suos ablegare Commissarios, qui causas peculiaris illius exactionis statibus plenius exponant, testatur *D. Bertram d. l. tb. 15. vers. Extraordinaria est, ubi plur. vid. poss. add. Job. Limn. d. J. P. d. L. 1. cap. 2. n. 19. seq. usq. ad n. 37.*

Thef. V.

Consensu Electorum impetrato, Imperator non generalialiquo edicto, sed specialifingulis Imperii Statibus maturè transmissis, Comititia indicit, cui quæ aliàs citationis sunt solennes insertæ reperiuntur clausulæ.

Olim quidem apud Romanos populus per edictum publicè propositum ad comitia centuriata convocabatur, ad alia per cornicines. *Gruch. L. 1. cap. 4. Gell. L. 15. cap. 27.* Sed hodie ubi longe alia rerum facies, Cæsar edicto quidem Status conscribit, at singulis singulo insinuato, in quo præter locum & diem etiam causæ habendorum comitiorum exprimuntur, eo scilicet fine ut vocatus, velut in antecessum mature de illis deliberare ac legatos suos si quos missurus est, eò plenius cautiusque instruere queat. Et quamvis locus etiam atque tempus conventus generalis ordinum imperii olim erat certum ac ordinarium singulis nimirum annis, festum Purificationis Mariæ Francofurti ad Mœnum ac melioribus illis seculis mensis unius spacium deliberationis constitutum, *Const. Maximil. Wormat. d. Anno 1595. in pr.* eadem tamen jam omnia pro rebus ac negotiis incidentibus in Imperatoris ac Ordinum sunt arbitrio, quo tempus ac locus est comitialis. Cæterum olim verbis
impe-

imperativis gebiethen/ heissen/ befehlen/ *ut in Reform. Frider. III. Anno 1442. & im Außschreiben auff den Reichstag zu Augspurg Anno 1530. Impp. ufos legimus, recentiores vero suam ad comitia citandi auctoritatem non sine maxima insignis clementiæ laude blaudiori alloquio temperare, testantur nonnulli Dd. Juris publ. quæ tamen res meri arbitrii est, secund. Limn. L. 9. c. 1. n. 24 Bertram. m. 1. tb. 20.* Quando autem indicenda sint comitia certus Imperii à LL. temporis terminus, positus hodie non est, sed à necessitate & utilitate Imperii dependet, ut scilicet tunc haberi comitia iustum sit, quando ea haberi & utile & necessum est. *Breviter: Literæ evocatoria seu denunciatoria vel scribi vel imprimi solent & ad instar aliarum citationum. 1. nomen vocantis. 2. vocati. 3. causam vocationis. 4. locum. 5. tempus. 6. petitionem cum annexa comminatione continere solent, teste Dom. Arum. d. Comit. C. 5. n. 7. seqq.*

Thef. VI.

Vocantur ad Comitata generalia omnes Imperii Status & Proceres.

Hi quidem Status Reichsstände appellantur idè, quod statum & locum votandi, atque sedendi in comitiis imperii habent, hac quippe unica & propria quasi nota Status ab aliis imperio subjectis secernuntur. Curiales etiam dicuntur à curia, pro aula Imperatoris accepta *pr. A. B. Carol. IV. non quidem quod semper eam sequantur, sed sint partes quæ cum Cæsare aulam constituent.* Sub statibus autem subditos etiam Imperii intelligimus *R. A. d. Anno 1512. in pr. & d. Anno 1555. S. Diweil ibi welche den jenigen/ so dem Reich ohne Mittel vnterworffen/ vnd Reichsstände seyn/ &c. item d. Anno 1576. in pr. ibi Stände vnd Vnterthanen. Vid. Bertr. d. Comit. m. 3. tb. 26. Paurm. d. Ju.*

de Jurisd. L. i. c. 6. n. 2. 3. Arum de Comit. c. 4. n. 1. Limn. d. 7. P.
L. 9. c. 1. n. 48. Status hosce in tres classe s distribuimus. Quaruna
prima est Electorum, altera Principum, tertia, liberarum Imperij
civitatum. Electores illi sunt qui Imperatorem (absque per-
missu Pontificis Limn. L. 3. cap. 1. num. 20 seq.) caput populi
Christiani eligunt. De ipsorum dignitate Vid. A. B. tit. 2. §.
Et quia tit. 3. in pr. tit. 12. 24. Et ult. Bertr. 8. 28. Petr. Heig. p. 1. q. 3.
Limn. L. 3. c. 2. Sunt autem septem, Ecclesiastici tres, quatuor
Politici. Illi sunt Archiepiscopi, Moguntinensis, Colonien-
sis & Trevirensis. Hi: Rex Bohemiæ (vid. præ cæteris Dn. Carpz.
de L. R. G. c. 5. §. 18. per tot.) Palatinus Saxo & Brandenburgicus.
Quæ tamen secund. A. B. procedunt noviter enim octavus Ele-
ctor institutus est vid. Instrum. Pac. Osnabrug. d. Anno 1648. sub
num. 4. verl. So viel das Hans Pfalz betrifft. Idem quoque
circa Regem Boh. admonendum existimamus cui quamvis jus
eligendi & alia vigore A. B. haud dubie competant, attamen
conventibus Imperij ordinarijs interesse non cogitur indistin-
ctè vid. Bertr. l. c. 6. 31. Lim. L. 3. c. 8. n. 24. Et in addit. hic licet
Imperij status sit & dicatur. Limn. d. l. n. 22. seqq. Ad secundam
classem referimus Principes tam Ecclesiasticos quàm seculares itemque
Prelatos, Comites Barones &c. V. Faurm. Lib. 2. cap. 1. num. 17.
adeoque circa hanc classem cum Bertram. & Limn. concludi-
mus: Inter Ecclesiasticos Proceres vocantur etiam nondum à
Pontifice confirmati. Sede vacante vocatur capitulum. In-
ter quos primogenituræ jus viget, inter eos primogenitus qui
Ducatum solus administrat ad comitia vocatur, ubi vero divi-
sioni locus datur & quilibet ab Imperatore de portione sua in-
vestitus est, singuli vocantur, quod si utrumque absit, & bona
pro indiviso possideantur cum plures unam personam susti-
neant, non tanquam singuli sed tanquam universi vocandi
sunt. Principes autem seu status Imperij minorenes ad co-
mitia non vocantur, sed eorum loco tutores & curatores quos
habent, neque etiam is qui à patre Principe & Imperij statu,
matre verò vilioris conditionis natus vocatur. Majorenes
verò etiam antè petitam intra annum investituram ad comit a
vocari benignius est. Bertram d. l. 8. 33. seq. usq. ad 8. 44. Limn.
C de

de J. P. L. 9. c. 1. n. 48. seqq. ubi plura hac de re videri possunt, omnia enim persequi pagellæ vix possunt. *Tertiam classem constituunt Civitates; eæ scilicet quæ Imperio immediate parent Freye und Reichsstädte/ ac hæc propriè sunt quæ inter status Imperij referuntur, quæque catalogo quem matriculam vocant inscriptæ, in senatu imperiali civitatum der Städte Rath/ sessionem votum sibi vindicant. Wehner. in Obs. pract. v. Freye Reichsstädte add. Limn. L. 1. c. 8. Arum. de Comit. c. 4. n. 127. v. die dritte Zahl der Reichsstädte § n. 28. Quæ civitates etsi inferiorem inter status locum obtineant dubium tamen non est, quin æquè ac reliqui status eminentiores fulcra & columnæ sint Imperij & non solum vocentur ad comitia, verum etiam in illis æquè ut cæteri status sessionem atque votum obtineant, nec Electorum vel cæterorum Principum votis vel necessariò accedere vel in iisdem acquiescere teneantur Limn. L. 7. c. 1. n. 41. seq. & in addit. ad n. 45. 47. 48. Bertr. 0. 43. seq. Arum. de Comit. c. 4. n. 126. seqq. Nonnunquam quidem fit ut civitates acquiescant in Electorum & Principum votis exinde tamen necessitas vix inducenda est, cum potissimum id fiat eadem de causa, quod raro ab Electoribus, cæterisque Principibus suffragia ferantur, quibus civitates se prægavari prætere, possint, aut quod rarò à cæteris statibus suffragia talia data sint, quæ in melius reformari utilitas suadeat. Horum verò si contigat aliquid, novum & inusitatum non est, civitates sententijs ab Electoribus & Principibus differre. Cujus rei exempla des Tages zu Nürnberg Anno 1431 item 1466. des Reichstags zu Wormbs. Anno 1495 vid. post. ap. Limn. L. 7. c. 1. n. 47. vers. Item auff den Tag zu Nürnberg. Triplicis itaque ordinis recensione concludimus cum Arum. de Comit. c. 4. n. 128. vers. triplicis ergo. eos qui in eorum serie non reperiuntur, nec juris comitiorum capaces esse, quamvis fieri posse non negemus, ut & alij, præterquam qui jus sessuræ ac dicendæ sententiæ habent, comitijs adesse jubeantur. Quemadmodum Imperatorem Adlesores Camera ad Comitiam Ratisb. Anno 1608. eo fine citasse referunt Dd. J. P. ut rationes sententiarum in den vier Kloster sachen/ ipsi ac statibus exponerent, Bertr.*

Bertr. l. 49. Ita quoque ad comitia alia varijs de causis vo-
cantur personæ, quæ quidem Imperio subditæ, sunt, non ta-
men statuum in classe collocatæ reperiuntur. Exemplo nobis
est Beat. Lutherus quem à Carolo V. Imperat: WORMATIAM,
ad Comitiam Anno 1521 evocatum novimus ut in pleno Proce-
rum confessu de libris à se editis rationem redderet, *Sleidanus*
lib. 3. in pr. Olim etiam exteri & confederati Reges Principes
ve ad Comitiam vocati, & tunc quidem maxime cum de propul-
sando hoste communi consultandum fuit, teste *Limn. L. 9. c. 1 n.*
61. seqq. N. A. zu Augsp. de Anno 1530. S. die weil auch solch das
pfer werck ibi: vnd andern Christliche Potentaten. Quas perso-
nas comitijs curiatis, centuriatis & tributis interesse oportue-
rit tradit *Rosinus lib. 6. Antiq. Rom. capp. 4. 10. 17.*

Thef. VII.

Relinquitur hodiè Impe-
ratoris arbitrio quo loco &
tempore comitia celebrare
velit.

Apud Romanos curiata non ferè poterant olim aſpi-
catò fieri nisi intra pomœrium, idq; in foro adeoque in Comi-
tio. Centuriata vero comitia in loco inaugurato haberi o-
portebat non tamen intra pomœrium sed extra. Tributis
autem comitijs vocandis non erat unus destinatus locus quæ-
admodum curiatis & centuriatis. Quia religio non erat ex-
tra ne an intra pomœrium haberentur. Hinc interdum in
campo Martio, interdum in Comitio, nonnunquam in capi-
tolio, aliquando in pratis Flaminijs seu Circo Flaminio, tri-
buta comitia habita. *test. Rosino lib. 6. Antiq. Rom. capp. 5. 11. 18.*
ubi plura hac de re videri possunt. Et sub posteris quoque Cæsa-
ribus in campo habita fuisse comitia verosimile est *Bertr. de l.*

20. 2. 0. 21. Sic & Bohemos ubi liberius absque plebe pre-
miscua remotisque arbitris de Principe dicendo tractarent, ex-
tra urbem Pragæ sub dio convenisse aliquando, refert *Dubrav*
bist. Boh. L. 2. in pr. Et vero Germanis certus ac ordinarius.
conveniendi olim fuit locus. Constantinus III. comitia an-
nua in urbe Arelatensi perpetua habenda constituit. Idem ta-
men conventus à Carolo Magno Moguntiam, à Friderico II.
Francofurtum translatus est. *Limn. L. 9 c. 1. n. 30. 31.* Quod
vero Carolus IV. prima Imperatorum comitia Noribergæ ce-
lebrari velit *A. B. tit. 25. §. in venimus.* id raro sequentibus tem-
poribus observatum fuisse constat. Maximilianus n. I. primam
suam regalem curiam Wormatiæ *R. A. de Anno 1495.* Carolus
V. itidem *R. A. de Anno 1521.* Maximilianus II. Augustæ Vin-
delicorum *R. A. de Anno 1566.* Matthias Anno 1613. Ratisbo-
næ celebrarunt, Et quemadmodum post A. B. Caroli IV. ita
etiam ante eam comitia diversis locis habita fuerunt. Moris
quoque fuit Imperatoribus transalpizantibus Roncalijs, sub
diu, latissimis in campis curiam regni habere, attestantibus hi-
storicis & nonnullis juris nostri constitutionibus *Authent. Ha-*
bita. C. Ne filius pro patre. item Constit. Lotharij, 2. Feud. 52. &
Friderici, 2. Feud. 55. Dom. Arum. c. 5. n. 19. seqq. Item die alten
Teutschen König und Käyser haben offte bey gelegenen Dorffschaff-
ren da man auff den Umbtingenden Wiesen Beschl/ und Säger
schlagen können/ die Reichs versamlungen angestellet und im grü-
nen vnter dem Schatten im Sommer Rath gehalten *Limn. in add.*
ad L. 9. c. 1. n. 32. ex Lehmanno L. 5. Chron. add. Carpz. ad L. R.
c. 5. §. 6. n. 15. Tandem comitia ex villis in civitates commi-
grarunt, ac postea in urbibus insignioribus habita fuere
Carpz. n. 16. Illud constat quod proximis temporibus comitia
non nisi in civitate aliqua imperiali celebrari hætenus solita
sint, veluti Augustæ Wormatiæ Treviris, Spiræ, Ratisbonæ
&c. attestantibus satis superque *Recessibus Imperij Equidem.*
Maximilianus I. in conventu Coloniensi Anno 1512. delibe-
rationem de loco necessariam indicans eam ad comitia Wor-
matiensia rejecit: Verum in *Recessibus* subsequitis nihil certi
ea de re legimus. Successu namque temporis solius Cæsaris
arbi-

arbitrio relinqui cæpit, quo loco comitia celebrare vellet. R.
A. de Anno 1527 S. und haben derhalben wir ibi: zu ihrer Mayt.
gelegenheit. Quin etiam Imperator pro lubitu comitia de u-
no ad alium locum transferre queat, nemo certè dubitare po-
terit, cum constet Comitia Wornatiæ indicta per Imperato-
rem Ratisbonam translata fuisse R. A. zu Wormbs de Anno
1545. vers. dem allen nach simili modo Anno 1546 translatio so-
lius Imperatoris placito facta est. Ita quoque Ulmæ indicta
comitia solius Imperatoris voluntate Augustam translata fue-
re R. A. de Anno 1555. in pr. & S. demnach haben Zhr Liebden.
Dom. Arum. cap. 5. n. 27. 28. Carpz. l. sup. c. n. 19. seqq. Tempus
conventus generalis Ordinum Imperij olim erat certum ac or-
dinarium, singulis nimirum annis festum purificationis Ma-
riæ, Francofurti ad Mœnum ac melioribus & simplicioribus
illis seculis mensis unius spacium deliberationis constitutum.
Const. Maxim. Wornat. de Anno 1495. in pr. eadem tamen jam o-
mnia pro rebus ac negotijs incidentibus in Cæsaris sunt arbi-
trio, *Paurm. de Jurisd. L. 2. c. 2. n. 31. Arum de l. c. 5 n. 29. siqq.*
Quamvis autem Imperatoris arbitrio temporis & loci designa-
tio commissa sit, attamen comitia extra Imperij fines capitula-
tione ejus hoc ipsum prohibente indicere non poterit *vid.*
Capitul. Caroli V. Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi III. Impp. vers.
dergleichen sie die Churfürsten ibi vnd sonderlich keinen Reichstag
aufferhalb des Reichs Teutscher Nation fürnehmen oder ausschrei-
ben. Quod Imperium Germanicæ nationis cum in decem cir-
culos divisum sit, nullaque provincia quæ ad ipsum spectat,
illis omissa sit, prout constat ex *Recess. Imp. de Anno 1522 S.* her-
nach folgen die Zehen Kreiß non difficile est cognoscere omni-
bus illis locis quæ circulis illis continentur, comitia indici
posse. Bohemia autem quia est pars Imperij Romano-Germa-
nici, comitia in ea celebrari nihil prohibet. quamvis id rarius
hodiè, agi videamus, cum comitia in liberis & immediatis Im-
perij civitatibus celebrari soleant, *vid. Carpz. ad L. R. C. 5.*
f. 5. p. 1.

C 3

Thef. IIX.

Quod ad RES ac NEGOTIA quorum causa comitia haberi solent attinet, olim certa negotia in singulis comitijs peragebantur. ^(a) Hodie sunt omnia, circa quæ politica potestas versatur. ^(b)

(a) Veluti in centuriatis, creatio majorum magistratum, legum latio, item judiciorum exercitio. In Tributis minorum magistratum creatio, sacerdotum collegiorum adoptio, LL. quoque latio & judicia. Alia præter hæc in curiatis, & quidem diversa pro diversis Reip. temporibus. *V. Rosin. L. 6 A. R. c. 3. 9. 20.*

(b) *Secund. Paurmeist. de Jurisd. L. 2. c. 2. n. 30.* ordinaria fermè sunt consultationis capita de firmanda & constituenda pace atq; tranquillitate publica tam in civilibus quam ecclesiasticis ac religionis negotijs, de LL. & ordinatione judicij Cameralis, de impositione collectarum, moderatione indictarum pensitationum & similibus. Breviter: causa quæ Imperatorem ad indicenda comitia permovere debet, necessitas est & utilitas, salusque imperij, prout habent verba *R. A. zu Speyer de Anno 1529. in pr. Auserforderung der Hohen Nothdurfft zu forderung des Heiligen Römischen Reichs und sonderlich Teutscher Nation, Ehr Nutz und Wohlfarth &c.* Levi autem ex causa Imperator nunquam comitia indicit nec indicere potest, cum ejus examinatio Electoribus subiaceat, qui

qui nunquam permiffuri funt extra neceffitatis utilitatisque
cafum comitijs terminum assignari V. R. A. zu Regensp. de
Anno 1576. in pr. ibi Auch die Stände u. keinen Binnöhtigen
Reichs versammlung zubemühen. Anumerantur autem gravio-
ribus causis: Gewiffens und Religions sachen/ Cammergerichts
sachen/ Freyheiten/ privilegien, Religion Frieden/ sambt dessen zu
und Angehörungen Profan Frieden und andere sachen des gemei-
nen Vaterlandes Ruhe und Fried betreffend. *Bertr de Comit. m.*
g. n. 73. circa f. add. Limn L. 9. c. 1. n. 21. 22. Arum. de Comit. c. 8.
Reintingf de Reg. S. & E. L. 1. cl. 5. c. 8. n. 59. seqq.

Thef. IX.

Literis Imperatorij ex-
hibitis, Principes ac Ordines
vel ipsi se se sistunt, vel lega-
tos seu nuncios suos mittunt,
quibus vel peculiaria dant
mandata, vel universè pote-
statem faciunt curandi ea
quæcunq; in communiē Rep^a
fore videbuntur.

Quis modus olim observatus fuerit *Vid. op. Rosin. A. R. L.*
c. c. 7. 13. 20. De moderna observantia consulendi sunt Dd.
Juris publici, ex quorum scriptis brevia quædam adjicere libet
Postquam literæ evocatoriæ statibus maturè insinuata sunt
(Denn der Reichstag sol den Reichs saktionen nach ein halbes
Jahr

Jahr zu vor ausgeschrieben und den Ständen intimiret werden.
Limn. in add ad L. 9. c. 1 n. 25.) ipsorum officium est, compa-
ritione sua Casari obsequium, laboranti patriæ auxilium, sup-
pressis vero consilium exhibere. *Arum. de Comit. c. 5. num. 39.*
qui vel in persona vel per Legatos se sistunt. Accedentes ad
locum comitorum Legati nomina sua apud Electorem Mo-
guntinum Imperij Archi-Cancellarium profitentur editis
mandatis ac literis fidei, quas vulgò Credentias vocant, Cre-
dens schreiben. *Postquam conventum est de Consilio Electro-*
rum, (sunt verba Paurmeisteri & W. bneri) Curiam, in qua plerum-
que habentur Comitibus solenni pompa ascendit Cæsar, precedentibus
omni agmine principibus politicis eorumve Legatis, ex quibus Elector
Saxoniæ Imperij Archimarschallus strictum gladium proximè ei præ-
fert, Electoribus ac reliquis principibus, Ecclesiasticis sequentibus, ibi
constructum ex tempore tabulatum conscendit & in solio editiore ca-
petis & alijs rebus more Regio magnificentissimè exornato, colloca-
tur, Sedentem Senatus Electorum paulo inferiore circumfidet. Pro
Principibus reliquis duo adhuc subsellia uno gradu Electorum, duobus
vero Casaris sede inferi in eodem tabulato, stragula quoque veste
pretiosissima decorata conspiciuntur in quibus reliqui Principes eo-
rundemque Legati confident, principibus junioribus, Consiliariis &
Officialibus Casareis ex adverso Casari adstantibus. Facto conses-
su ac turba sedata, ex Principibus quidam cui hoc demandatum est è
sed sua assurgens, Casaris nomine gratias brevibus agit, quòd edicto
audientes Electores Principes & Ordines tanto numero comparue-
rint, quem ipse Imperator, subsequi solet, gravi & succincta oratio-
ne, qua repetita gratiarum actione, ut causas edicti conventus gra-
vissimas ex promulganda propositione cognoscere, ac quæ ad Reip.
salutem sint necessaria in medium consulere velint, eosdem hortatur.
Quo factò per Secretarium Casareum propositio de scripto publico
legitur. Qua finita, Electores, Principes Ordines & Legati con-
surgunt, & paululum collocti, per Electorem Moguntinum in hanc
sententiam respondent: Cognovisse se ex recitata propositione ob
quas gravissimas causas Imperatori conventum edicere visum fuerit.
Quod igitur à tanto tempore suscepti Magistratus, tanta fide ac dili-
gentia publici Imperij negotia sibi commendata habeat, agere se ipsi
gratias,

gratias, quas possint mente concipere maximas ac in omnibus quae ad salutem & dignitatem Imperij pertinere videbuntur, studia sua & officia uti debita, ita promptissima deferunt. Ac ut de rebus propositis rectius deliberare & sententias suas in medium afferre possint, exempla recitatae propositionis sibi edi eaque decet reverentia submississe petunt seque ac sua omnia Casari officiosissime commendant. Ad quae pro delata opera ac studijs suis iterum gratias agit ipse, Caesar ac ut de singulis propositionis capitibus primo quoque die sententias suas proferant, denuo monet ac Principibus & Ordinibus universis ac singulis gratiam ac benevolentiam, suam clementissime pollicetur. Quibus peractis à solio suo surgens Imperator, eadem quae ingressus est pompa ad palatium suum reducit & Principes Ordines ac legati in sua diversoria discedunt. Postero vel alijs sequentibus diebus Principibus ac ordinibus in locum conventui generali designatum ab Electore Moguntino convocatis capita deliberationis eò ordine, quo proposita fuerunt expedienda suscipiuntur, ita ut ordines in suas quoque curias vel Senatus ut vocant secedant, ubi secundum ordinem, ac praerogativam singulorum suffragia ineunt atque re expedita in Electorū consilio, imò Churfürsten Rath atque explorata, quod & in alijs classibus super articulo propositio sint dictae sententiae rursus in curiam communem convocatae classes tres omnes, id quod ipsis in commune visum est exponunt. Si itaque classium omnium, vel duorum in major pars absque variatione consentiant ex parte ordinum sive curiarum confecta res est. Si vero singula singulas tueantur sententias, ulterius progredi non possunt, nec si plures ex omnibus classibus in idem consentiant. Non enim personarum sed classium sive curiarum vincit numerus ideoque Classium dissentientium suffragiorum ad Caesarem nullius momenti est relatio. Si verò ita ut dictum in suffragijs incundis legitimus classium numerus expletus commune ordinum consensus per selectos quosdam Imperatori exponitur. Cui si idem quoque placet res, perfecta est. Si minus, tam diu replicando, ad duplicando qua druplicando & c. inter se adductis hinc inde pro opinione sua argumentis idoneis à Casare & ordinibus disceptatur, donec vel hi in illorum vel illi in horum sententiam sponte concedant, ac quod ita in comune placuerit decreti comitialis ac Legis habet vigorem. Si

D

autem

autem inter Cæsarem & Ordines vel majorem eorum partem res coi-
re non potest, nihil actum judicatur: sed res in libera ac spontanea
conventionem posita est, ita ut nec Imperator ex plenitudine, ut loqu-
untur, potestatis, nec ordines invito illo quicquam statuere possint.
Unde solenne est: Decretis Comitiorum & singulis fermè capitibus, que
in deliberationem proposita fuerunt adjici hanc clausulam: quòd in-
ter Cæsarem & Ordines ulro citroque ita sit conventum attestanti-
bus infinitis Comitiorum decretis. Postquam autem de capitibus o-
mnibus propositis deliberatum & inter Cæsarem ac Status, eo quo di-
ctum modo conventum est, consulta in formam Decreti rediguntur,
werden in ein Abschiedt verfaßt & in Senatu relecta ab Imperatore
& quibusdam ex Statibus obsignantur. Signandi autem ratio non
ea temper semper observata fuit. Olim, solos Imp. R. J. signasse con-
stat, successu temporis Moguntinum, nomine Electorum,
Magdeburgensem Ecclesiasticorum, Palatinum Rheni Politi-
corum Principum &c. vid. R. A. de Anno 1442. 1495. Ord.
Cam. Anno 1507. R. A. zu Eßln 1502. item. 1495. Interdum cum
Cæsare omnes ordines ac singuli sigilla sua appenderunt. R. A.
zu Augspurg de Anno 1500. & sic alibi aliter, R. A. zu Wormbs
de Anno. 1521. Nürnberg 1524. Augspurg 1525. De juramento,
quod in Comitij præstant Consularij seu legati, qui ad Co-
mitia mittuntur à Proceribus Imperij Romani, vid. R. A. zu
Eßln de Anno 1512. Ich R &c. vid. Paurmeister. de J D C T. l. 2.
c. 7. num. 31. & seqq. Wehner. in observ. pract. lit. R. V. Reichs tag
Limn. Lib 9. jur. publ. cap. 1. Reinking lib. 1. class. 4. cap. 8. n.
44 & seqq. Bertr. de Comit. mem. 5 per tot. Dom. Arum. tract.
de Comit. cap. 5. 6. & 7. ubi de statum Nuntiorumq;, comparitione
post accessum ad locum comitiorum, & Vice Mareschalli de Pappenheim
officio immunitate hospitandi, Moguntini Palatini & Serenissimi
Nostri Elect. directione, propositione, sessione, vocatione deliberatio-
ne, & relatione, plura vid. poss.

Th. X.

Peractis Comitij liberum est statibus quando ipsis vi- sum recedere.

Quando Recessus Imperij Deputatorum consensu re-
visus, in mundum redactus, sigillo atque subscriptione muni-
tus est, solent à Cæsarea Majestate Status ad publicationem
ejus vocari quæ post peracta sacra eo processu, quo propositio
fieri consuevit vid. R. A. in Regenspurge de Anno 1594. *Dom.*
Arum. de Com. cap. 8. n. 101. & seqq. Publicati Recessus duo Ori-
ginalia conficiuntur, quorum unum penes Cæsarem, alterum
Electorem Moguntinum asservari moris est. Quo verò & a-
liorum in notitiam veniat typis publicis excudi solet vid. R.
A. in Speyer de Anno 1526. § item. Postquam itaque Reces-
sus publicatus & ab Ordinum Ammanuensibus descriptus est
status venia à Cæsare impetrata, discedere possunt. Quem-
admodum etiam, antequam finiantur Comititia, si quis recede-
re paratus, scientia licentiave Imperatōris præcedere, solet.
vid. R. A. in Regensburg de Anno 1546. §. *diemeil wir aber in
solchen handlung & c. Limn. lib 9. jur. publ. cap. 1. n. 223. & seqq.*
Dom. Arum. de Comit. cap. 8. n. 73. & n. 108.

TANTUM.

Ad

DN. CASP. GEELHAAR Regiomon-
tanum Prussum de Comitij publice disputantem
Convictorem & affinem suum dile-
ctum

Felici auspicio Comiti a proxima fiant,
Nascatur patriæ plurima abinde salus!

D 2

Et

94
175
1850

Et tu Consilij leges felicibus ausis
GEELHAARI, & quæ sint munia justa doce.
Auguror ac liceat tibi quondam munere tanto
Fungi, sic ibis clarus in ora virum.

Boni ominis causâ volebat

Abraham Calovius, D. P. P.

Consist. Adfess. Pastor, & Circuli
Elect. Superint. Generalis.

SÆvis sopitis, post tot perpeffa, duellis
Imperio Cæsar pharmaca capit.
Scilicet id Numen regni comitia ponit,
Sic mos est patris, quærere tuta suis.
Hæc dum Fama canit vastum facunda per orbem,
GEELHAARIq; tuis auribus ista tenes,
Scrutandi pronus, quid sint Comitia, fervor
Te subit & doctâ pergis adire manu.
Cedunt cuncta tuis, fato conatibus albo,
Hæc quod livori charta decora probat.
Martius I felix, quo Te nunc hinc rapit ardor,
Et Themidos fausto pulpita scande pede!
Sic Te conventus laudabunt undiq; clari,
Et merita palmæ Patria dona dabit.

Henricus Coselius

J. U. D. & P. P.

Felix qui Themidi primis ad amatus ab annis
Et Themidi rursus mentem animumq; dedit
Qui didicit leges, & jussa verenda potentum,
Et Lab eo quicquid Callistratusq; docent.
Huic fora non viles spondent justissima palmas,
Spondet & ingentem curia sancta togam.
Ille reget populos, nec non moderabitur urbes;
Hunc in consilium culmina summa petent
GEELHAARI in sta operi! meta te sistet in istâ,
Si tibi, quâ cepit, currere perget equus.

AUGUSTUS BUCHNERUS.

W. M.

B.M. 1
h. 29, 7

CO
PER

X 1876

Authorita

DN.H
J.U.D. &
& S

CA

Typ

II R
1780

IN
-GER-

torum Ordinis

imo

SELIO
tatis Juridicæ,
Fautore

n

o-Monte

aj.

Typogr.

